

Germ. Colobium hirtum, *Roth. in Roemers Archiv.*

Passim in siccis ad vias.

(Simillima *Apargiæ hispidae* sed diversa: Pedunculi et calyces minus hispidi et fere glabri. Folia pilis apice indivisis et disco, dum sicca valde flexuoso. Radius corollæ subtus etiam luteus, nec virescens. Calyx ante florescentiam nutans, maturo fructu canaliculatus. Pappus plumosus est. *W.*)

2. *T. hispida*, scapo unifloro piloso, calyce canescente nudo, foliis lanceolatis obtusis dentatis, pilis furcatis. *W.* *Hyoseris taraxacoides Vill. Delph. 166. t. 25.*

Dubia civis. Hab. in Gallia australi.

388. HIERACIUM. (*Habichtskraut.*) *G. pl.*

1238.

Recept. nudum. Cal. imbricatus ovatus. Pappus simplex sessilis.

A. Calyx imbricatus, pappus ex albo sordide rufescens. Hieracium *).

*) *Secund. Cel. Gaudin Synopsis Hierac. im naturw. Anzeiger. 1820.*

43. *H. parviflorum*, *Schleich.* H. fol. obovato-oblongis obtusissimis denticulatis subpubescentibus, scapo nudo paucifloro, pedunc. subunifloris, flor. superioribus primoribus. *Gaud.*

In valle *Susana* prope lacum *Larium* invenit *Ph. Thomas.* A priori non diversa videtur?

2. *Caulis foliosus.*

44. ⁵*H. hyoseridifolium*, *Vill.* — H. caule folioso. unifloro piloso, fol. radicalibus vix longiore, fol. petiolatis runcinatis, calycibus nigro-hirsutis. H.

Cel. Dr. Zollikofer in *M. Hohenmesmer*; *am. Dr. Custer* in *M. Rosslen* versus *den alten Mann*; ego freq. in alpebus *Claridis*, *Altenohren* et *Sand* legi.

(Specimina ab *am. Dr. Custer* ex abbatiscellaneis montibus missa optime cum meis glaronensibus conveniunt, nisi quod mea paululum minora hirsutiora, et pappus niveus sit, qui basi rufescit in missis.)

45. *H. prunellæfolium*. *Gouan.* — H. caule decumbente ramoso paucifloro, fol. cordatis petiolisque inæqualiter dentatis. H. — *H. pumilum.* *Sut. Flor. helv.* Ed. 1. *Crepis pygmæa*, L.